V m 653 13.

EXPEDITIONIS MVSICÆ CLASSIS V.

LITANIÆ B.V. LAVRETANÆ.

Plerumque

V. Vocibus Concertantibus neceſſariis;
cum V. Inſtrumentis Concertantibus ad libitum,
& V. Ripienis, ſeu Pleno Choro.

Adjuncta quoque ſunt aliquot

AVE MARIA, &c.
à 1, 2. 3. 4. 5. Vocibus Concertantibus,
omnia fere ſine Inſtrumentis.

AVTHORE
OANNE MELCHIORE GLETLE
BREMGARTENSI,
Eccleſiæ Cathedralis Auguſtanæ B. V. Capellæ Magiſtro.

OPVS VI.

INSTRVMENTVM II.
VIOLINO ò CORNETINO II.

Cum facultate Superiorum.

AUGUSTÆ VINDELICORUM, ANNO DOMINI MDCLXXXI.
Sumptibus Authoris, Typis Joannis Jacobi Schönigkij,

BIBLIOTHEQUE ROYALE

REVERENDISSIMO ET SERENISSIMO

PRINCIPI,

DOMINO DOMINO

ALEXANDRO SIGISMVNDO,

COMITI PALATINO RHENI,

BAVARIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, AC MONTIUM

DUCI,

VELDENTIÆ, SPONHEMII, MARCHIÆ, RAVENSPURGI, AC MOERSIÆ

COMITI.

Domino in Ravenſtein, &c.

REVERENDISSIMI AC CELSISSIMI

PRINCIPIS,

DOMINI DOMINI

JOANNIS CHRISTOPHORI EPISCOPI AVGVSTANI COADIVTORI

ET FUTURO SUCCESSORI,

PRINCIPI AC DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

REVERENDISSIME & SERENISSIME
PRINCEPS,
DOMINE DOMINE CLEMENTISSIME.

POſtquam oriturum Diœceſi noſtræ Solem Sereniſſimum anno elapſo, non ſine feliciſſimo futurorum omine & augurio, ſacer Vates carmine cantuque Epico ſalutavit, liceat hoc etiam vocalibus Camœnis, & Partheniæ Hypocrenes ſacratioribus choraulis, ut virgineum accinant melos Orienti, cui diſplicere non poterunt hæc Muſarum obſequia, ut quæ materiem cantûs ſui habent ejus præconia Virginis, quam Sol noſter Oriens velut Nympham unicè adamatam, dilectam unicè, omni ſtudio veneratur. Habes enim iſtic, Reverendiſſime ac Sereniſſime Princeps, Matris ter Admirabilis ſacra Encomia, in Litaneuticas collecta preces, quibus Tu, ante beneficam ejus aram, quot Sabbathinis diebus, à præſtantiſſimorum choro Muſicorum decantari ſolitis, in Sereniſſimorum Parentum, Fratrumq; conſortio, publico ſupplicis ritu cernuus adeſſe conſuevisti, admirante hanc Principum ſuorum tam conſtantem pietatem Neoburgenſi urbe, ipſaq; Virgine Deiparente hunc erga ſe cultum Sereniſſimæ Domûs Palatinæ prodigioſo oculorum annutu benignè approbante; neque vano benevolentiæ ſuæ amorisq; indicio, dum poſt Auguſtas tædas, poſt Cæſareas Coronas, poſt ſuſpiratas Chriſtiano Orbi propagines, Sereniſſimæ huic Domui jam pridem illatas, nuper etiam ſacras intulit tiaras, beneficio ipſius tantò magis indubitato, quantò ad ipſam magis pertinet velut hæreditas ſua, Auguſtana Eccleſia, cujus faſces, olim aſſumendos, jam nunc Tibi, Reverendiſſime & Sereniſſime Princeps, in primo ætatis flore, & congeniti ſplendoris crepuſculo, velut Sponſo ſuo ex millibus jam dudũ electo, gratiarum Mater, certâ deſtinatione, amanter conſignavit, ſorte utique non magis Sereniſſimo Nomini Tuo, quàm univerſæ Diœceſi noſtræ auſpicatâ, ut quæ amœniſsimo recreata phænomeno, geminos eodem tempore, ſupra horizontem ſuum, Soles veneratur, dum unum ſummo in axe ac pleno ſplendoris ſui meridie emicantem, alterum è Leonis Palatini Domo,

per

per roſea florentis Auroræ atria eluctantem, & primo jam lucentem ſpectat in ortu. Et fuit hæc ſanè Celſiſsimi Sideris noſtri, erga fidelium gregem curæ ſuæ concreditum, benefica caritas, quòd prudentiâ in futurum providâ, ne quo momento Solis ſui radijs & benigno lumine maneret viduatus, jam nunc Sereniſsimæ nubeculæ ſui impreſſerit parelion, ut priùs quàm curſu ſuo ſerò tandem defunctus Heros, noſtro decederet horizonte, jam eſſet, qui viventis adhuc lucentisq; ſpeciem, æmulâ virtutum imagine, feliciſsimè repræſentaret. Ecce Tibi igitur, Reverendiſsime & Sereniſsime Princeps, aptiſsimum ſeu Epinicion mavis, ſeu Euchariſticon quod recèns evecto ad hujus Eccleſiæ ſacras Infulas, toto applaudente Clero ſuffragante Reverendiſs: Dominorum Canonicorum Collegio, ipſo Autore Capite noſtro, approbante Româ, bonis omnibus gratulantibus, certa ſpe obtinendas, ego ſervorum infimus, devotiſsimo Tibi animo accinere volui. Illud Tu Sereniſsimi Nominis Tui ſplendore, & Clementiſsimi vultûs annutu animabis, ut ſit vocalius; quodque modulis meis deerit, ſupplebit ſuaviſsima virtutum tuarum harmonia, & intercalaris pientiſsimorum gemituum concentus, quo dudum ſolitus es Cælicas Virginis tuæ aures demulcere. Hanc Tu porrò conſtanter cole, neq; metue, deceſſurum aliquid curis publicis, ſi Virgine figis in una, quos orbi debes oculos Chriſtiano, noſtræq; imprimis Diœceſi, cui nunquam meliùs vigilabitur, quàm cùm ex illimi plenæ hujus Cynthiæ aſpectu gemini Soles noſtri pependerint, quos diu nobis conſervet ſerenos ac innubes Luminis ipſe Auctor & Largitor Deus, dum alter poſt exactam ſerò tandem curſûs ſui orbitam, feliciori illuceſcat orbi, alter plenam indeptus ætatis ſuæ luciſq; meridiem axem noſtrum feliciter decurrat, non niſi tardè occaſurus. Ita optat

SERENITATIS TUÆ
REVERENDISSIMÆ

Auguſtæ Vindel: Menſe Junio
Anno M DC LXXXI.

Devotiſsimus ac infimus ſervus

Joannes Melchior Glet[...]
Eccl: Cathedr: Capellæ Magiſter.

K
Yrie.
Virgo.

Agnus.

II. VIOLINO II.

Kyrie.

Speculum.
Rosa.

III. VIOLINO II.




Speculum.


S
Regina.
R
S.
Agnus.
R
IV.
VIOLINO Ò CORNETTINO II.
K
Yrie.
R
p.
f.
p.
f.
p.
f.
p.
f.



Agnus.
V.
VIOLINO II.
KYrie.

 verte cito.

VI. VIOLINO II.

 verte cito.

Agnus.
VII.
Violino II.
Kyrie.

Roſa.
Agnus.

VIII. *Lytaniæ Breves.* **Violino II.**



IX. *Lytaniæ Breviores.* CORNETINO Ò VIOLINO II.



forte.
Roſa.
Regina.
Agnus.

KYrie.
Sancta Maria.
Virgo.

Vas inſigne.
Agnus Dei.

K
Yrie.
Mater.

verte cito.

Domus.
Regina.
Regina.
Agnus.

XIII. CLARINO II. ò CORNETINO II. ad libitum.


Virgo.
Speculum.
Regina.
Agnus.
miſerere.


K
Yrie eleiſon.
Pater.
Sancta Maria.
Mater.

Mater amab: Mater admir.
Virgo.
S.
Roſa.


Salus.
Regina.
Agnus.

XV.

Violino ò Cornetino II.



Lytaniarum Finis.

XII. *à 6. Canto vel Ten: ſolo cum 5. Inſtr:* **VIOLINO II.**

A
Ve Maria.
Benedicta.
Sancta.

FINIS.